


Sphericarum in quacunq; terræ parte ponantur, tantundem ualent, conseruantq; considerationes & circumductiones umbrarum, adeo regulares & consentientes Hypothesi, ac si re ipsa in medio terræ puncto collocarentur.

Tertio, q; Horizon ubiq; diuidit totum coelum in duo equalia, Quouis enim momento sex Zodiaci signa supra Horizontem eminent, & noctu cœlo sereno oculis cernuntur, totidemq; infra Horizontē latent, continuo cœli circumactū alijs signis productis, alijs è regione sub occasum deuolutis. Si magnitudo terræ esset alicuius momenti ad coelum, tantum ex centro educta undiquaq; superficies, cœlū in equalia dispesceret Hæmissphæria. Reliquæ à



quacunq; superficiei parte extensæ idem in segmēta derimerent inæqualia. nec dimidius semper appareret